




Occasionalia *VI-179*
potissimum carmina
vol. Fafe. 19. ~~19.~~

Centuria ~~quinta~~ *quing.*

Unq



VI-179

NVPTIALE SACRVM
VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
EXCELLENTISSIMOQVE,

IO. GVILELMO
BERGERO,

POESEOS IN ACADEMIA VI-
TEMBERGENSI PROF. PVBL. CELEBER-
RIMO, ET ALVMN. ELECT. EPHORO
MERITISSIMO,

PRORECTORI MAGNIFICO;

HONORIS ET OFFICII CAUSA

GRATVLATVR

ACADEMIA VITEMBERGENSIS,

IV. ID. IVN. 1666

VITEMBERGÆ,

Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.





Are chori nostri VIR, qui modera-
ris habenas,
Retibus Idaliae nectaris ipse
deae.

An tibi longa tuos uia non restinxit amores,
Ut serues iactas nuper in ossa faces?
Non vetuit riguus Tamesis, Rhenusque bicor-
nis,
Ignes nec Tethys leniit ipsa tuos.
Scilicet haud potuit ueteres compescere flam-
mas,
Ortus unde suos mater amoris habet.
Forfan, SPONSE, tuum subiere parentis a-
quosae,
Tethyos, amplexus, Oceanique patris.
Ergo redis felix, uentorum flabra relinquens:
Quid tibi cum pelago, si tuus ignis abest?

Est melius casta thalamo gaudere puella,
Cernere quam tumidi littora saeua maris.
Iamque tuis uotis non furda obmurmurat un-
da:

Tranquillum littus, quod fuit ante, uides.
Optasti quoties, portum tua uela tenerent?

Et tulit in portus te Cytherea suos.
Credimus, haud tantum uaser est gauisus Vlyf-
ses,

Quando est Icaridi redditus ipse suae:
Quantum lecta tuum Virgo VIN CKLERIA
pectus

Demulcet, quanto nectare corda replet.
Sit mihi spes Sociae, dixit, uel Syrtibus ausim,
Vel Scyllae scopulis applicuisse ratem.

Ipse traham ualidos innixus in ordine remos,
Vinclaque nauali compede crura geram.

Ergo genus dulcis meditaris amabile uitae,
Et facilem Sociam, coniugiumque bonum.

Templa petis, sacras ut firmes SPONSVS ad
aras

Promissam thalami, Numine teste, fidem.

SPONSAque subsequitur, manibus deducta
suorum,

Virgo, in uirginis gloria prima choris:
Virgo, quae tenero cunctas in pectore dotes,
Casta quibus laudem uirgo meretur, alit.
Est multus cui stirpis honos, et fortis amicae

Munera inexhausto fonte beata fluunt.
Dextras coniungit dextris, bona uerba sacer-
dos

Incipit, et sanctas fundit ab ore preces.
En! Pindi PRAESES, tibi quod sperare so-
lebas,

A superis puri munus amoris habes.
Sis felix, faueatque tuis concordia uotis;

Mella fluant thalamo, nectar et omne tuo,
Quaeque iuuentutis castae sunt praemia casta,
Ante tuos uideas pignora cara pedes.



Mag. Dr. ...



f

TA-706

Nur 11, 27, 28 verknüpft

107P
1077





NVPTIALE SACRVM
VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
EXCELLENTISSIMOQVE,

IO. GVILE
BERGER

POESEOS IN ACAD
TEMBERGENSI PROF. PVBI
RIMO, ET ALVMN. ELECT.
MERITISSIMO,
PRORECTORI MAGN
HONORIS ET OFFICII CA
GRATVLATVR

ACADEMIA VITEMBE
IV. ID. IVN. c1515 CCVI.

VITEMBERGÆ,
Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI, A

